



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ex Recogniti||one Des. Eras-||mi Roterodami.||**

**Erasmus, Desiderius**

**Basileae, 1518**

**VD16 E 3644**

Ammiani Marcellini Rervm Gestarvm Liber Qvartvs Decimvs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14277**



# AMMIANI MARCELLI

NI RERVM GESTARVM

LIBER QVARTVS

DECIMVS.



**P**OST EMENSOS insuperabilis expeditionis euentus, languentibus partium animis, quas periculorum uarietas fregerat & laborum: nō dum tubarum cessante clangore, uel milite locato per stationum hyberna, fortunæ fauientis procellæ tempestates alias rebus infundere conantur, per multa illa & dira facinora Cæsaris Galli, qui ex squalore nimio miseriarum ætatis adultæ primitijs, ad principale culmen insperato cultu prouectus, ultra terminos potestatis delatæ procurrens, asperitate nimia cuncta foedabat. Propinquitate enim regiæ stirpis, gentilitatēq; etiamnum Constantini nominis efferebatur in fastus, si plus ualuisset, aufurus hostilia in autorem suæ felicitatis, ut uidebatur, cuius acerbitati uxor graue accesserat incientium, germanitate Augusti turgida supra modum, quam Hannibaliano regi fratris filio antehac Constantinus iunxerat pater, Megæra quædam mortalis inflammatrix, fauientis adfide humane cruoris auida. Nihil mitius quàm maritus, qui paulatim eruditiores facti, processu temporis ad nocendum per clandestinos, uersutosq; rumigerulos, compertis leuiter addere quædā male suetos, falsa & placentia sibi dicentes, affectati regni, uel artium nefandarum calumnias infontibus adfigebant. Minuit autem inter humilia supergressa iam potentia fines mediocriū delictorum nefanda Clematij cuiusdā Alexandrini nobilis mors repentina: cuius focrus commiseri sibi generū flagrans, eius amore non impetrato, ut ferebatur, per palatij pseudotyrum introducta oblato precioso reginæ monili, id adsequuta est, ut ad Honoratū tum comitē Oriētis formula missa, letali odio scelere nullo contactus, idem Cle-

C c matius



matius, nec hiscere, nec loqui permiffus occideretur. Post hoc impie perpetrātū quod in alijs quoq; iam timebatur, tanquā licentia crudelitati indulta per fufpitionum nebulas, æstimati quidam noxiī damnabātur: quorum pars necati, alij puniti bonorū mulctatiōe, actiōq; laribus suis extorres nullo sibi relicto præter querelas & lachrymas, stipe collatitia uictitabant: & ciuili iustōq; imperio ad uoluntatem conuerso cruentam, claudebantur opulentæ domus & claræ. Nec uox accusatoris ulla, licet subditi, & in his malorum querebatur aceruis, ut saltem specietenus crimina præscriptis legum committerentur, quod aliquoties fecere principes sæui. sed quicquid Cæsaris implacabilitati sedisset, id uelut fas iusq; perpensum confestim urgebatur impleri. Excogitatum est super his, ut homines quidam ignoti uilitate ipsa parum cauendi, ad colligendos rumores per Antiochiæ latera cuncta destinarentur, relaturi quæ audirent. hi peragranter & dissimulanter honoratorum circulis adsistendo, peruadendōq; diuites domus, egentium habitu, si quicquā noscere poterant uel audire, latenter intromissī per posticas in regiam nuntiabant: id obseruantes conspiratione concordī, ut fingerent quædam, & cognita duplicarent in peius: laudes uero supprimerent Cæsaris, quas inuitis compluribus formido malorum impendentium exprimebat. Et interdum acciderat, ut si quid in penetrali secreto, nullo citeriore eius uitæ ministro præfente, paterfamilias uxori susurrasset in aurem, uelut Amphiarao referente, aut Martio quondam uatibus inclytis, postridie disceret imperator. Ideoq; etiam parietes arcanorum soli conscī timebantur. Adolescebat autem obstinatum propositum erga hæc & similia multa, seruādī stimulos admo uēte regina, quæ abrupta mariti fortuna, stridebat in exitium præceps: cū eum potius lenitate foeminea ad ueritatis humanitatisq; uiam reducere utilia suadēdo deberet, ut in Gordianorū actibus factitasse. Maximiani truculēti illius imperatoris retulimus coniugem. Nouo deniq; perniciosoq; exemplo idem Galus ausus est inire flagitium graue, quo Romæ cum ultimo dedecore tētaffe aliquando dicitur Galenus. Et adhibitis paucis dam ferro succinctis, uesperī per tabernas palabatur, & compita quæritando Græco sermone, cuius erat impendio gnarus, quid de Cæsare sentirent: & hæc cōfidenter agebat in urbe, ubi pernoctantium luminū claritudo dierū solet imitari fulgorem. Postremo agnitus sæpe, qui iam si prodisset, conspicuum fore se contemplans, non nisi luce palām egrediens ad agenda quæ putabat seria cernebatur. & hæc quidem medullitus multū gementibus agebantur. Thalassus uero ea tempestate præfectus prætorio, præfens quoq; ipse arrogantis ingenij, consyderans incitationē eius ad multorum augeri discrimina, non maturitate, uel consilij mitigabat, aliquoties celsæ potestates iras principū molliuerunt. Sed aduersando, iurgādōq; cū parum congrueret eū ad rabiem euibrabat Augustū, actus eius exaggerando creberti me docēs. Idēq; incertū qua mēte nelateret affectans, quibus ut mox Cæsar actus efferatus, uelut contumaciæ quoddā uexillū altius erigens, sine respectu salutis alienæ, uel suæ, ad uerrenda supposita instar rapidi fluminis irreuocabili impetu ferebatur. Nec sanè hæc pernicies sola orientē diuersis cladibus affligebat.

Nanq;

Stipe collatitia uictitabant.

Si quid paterfamilias uxori susurrasset in aurem, disceret imperator.

Flagitium Galli. Vesperī per tabernas palabatur quid de Cæsare sentirent.

Iræ principū molliuerunt.

Vexillū contumaciæ.

Namq; & Ifauri, quibus usitatum est sæpe pacari, sæpèq; inopinis excursibus cū Ifauri.  
 eta miscere, & latrocinij occultis & raris alente impunitate adolescentem in pe  
 ius audaciam, ad bella grauiā perruperunt. Diu quidem perduelles spiritus inre  
 quietis motibus erigentes, attamen indignitate perciti uehementes ut iactabāt,  
 quod eorum quidam capti consortes apud Leonium Pisidiæ oppidum in am  
 phitheatriali spectaculo feris prædatricibus obiecti sunt, præter morē: Atq; ut Feris obiecti  
 Tullius ait, ut etiam famæ monitæ plerunq; ad eum locum ubi aliquādo pasta  
 sunt, reuertantur. Ita omnes instar turbinis digressi montibus impeditis & ar  
 duis loca petiuere mari confinia, per quæ in his latebrosis sese cōuallibus occul  
 tantes, cum appeteret noctis luna etiam tum cornuta. Ideoque nondum solido  
 splendore fulgente nauticos obseruabant: quos cum in somnium sentirent effu  
 sos, per anchoralia quadrupedo gradu repentes, seseq; suspensis passibus inie  
 ctantes in scaphas. Eisdem enim nihil opinantibus adstebant, & incitante au  
 ditate sæuitiam, nec cadentium quidem ulli parcendo obruncatis om̄ibus, mer  
 ces opimas uel utiles nullis repugnantibus auertebant: hæc q; non diu perpe  
 trata, cognitis enim uiatorum caelorumq; funeribus, nemo deinde ad has stati  
 ones appulit nauem: sed ut Scironis prærupta letalia declinantes, littoribus Cy  
 prijs contigui nauigabant, qua Ifauriæ scopulis sunt controuersa. Procedente Scironis  
 igitur mox tempore cum aduectitium nihil inueniretur, relicta ora maritima in  
 Lycanoiam adnexam Ifauriæ se contulerunt, ibiq; densis inter obsidentium iti  
 nera prætenturis prouincialium & uiatorum opibus pascebantur. Excitauit hic Viatorū opt  
 ardor milites per municipia plurima, quæ isdem conterminant, dispositos, & ca b<sup>o</sup> pascebāt.  
 stella: & quisq; serpentes latius pro uiribus repellere moliens, nunc globis con  
 fertos aliquoties & dispersos multitudine superabatur ingenti, quæ nata & edu  
 cata inter æditos recuruosq; ambitus montium eos ut loca plana perfultat &  
 mollia, missilibus obuios eminus laceffens, & ululatu truci perterrens. Coactiq;  
 aliquoties nostri pedites ad eos persequēdos scandere diuos sublimes, etiam si  
 lapsantibus plantis fruticeta prensando uel dumos ad uertices uenerint sum  
 mos, inter arcta tamen & inuia nullas acies explicare permitti, nec firmare nisu  
 ualido gressus, hoste discursatore rupium abscisa uolente superne, periculose  
 per prona discedunt: Aut ex necessitate ultima fortiter dimicantes, ruinis ponde  
 rum immanium consternuntur. Quamobrem circumspecta cautela obserua  
 tum est deinceps, & cum ædita motium petere cœperint, grassatores loci iniqui  
 tate milites cædunt. Vbi autē in planicie potuerint reperiri, quod contingit assi  
 due, nec exertare lacertos, nec crispate permitti tela, quæ uehūt bina uel terna pe  
 cudū ritu inertium trucidantur. Metuētes igitur isdem latrones Lycaoniam ma  
 gna parte campestem, cum se impares nostris fore congressione stataria docu  
 mentis frequentibus scirent, tramitibus deuijs petiuere Pamphiliam, diu qui  
 dem intactam, sed timore populationum & cædium milite per omnia diffuso  
 propinqua, magnis undique præsidij communitam. Raptim igitur properan  
 tes, ut motus sui rumorem celeritate nimia præuenirent, uigore corporum ac le  
 uitate confisi, per flexuosas semitas ad summities collium tardius euadebant.

Et cum superatis difficultatibus arduis, atque supercilia uenissent fluij Melanis alti & uerticosi, qui pro muro tuetur accolas circumfusus, augente nocte adalta, teporéque quieueré paulisper lucem operientes. Arbitrabamur enim nullo impediéte transgressi inopino accursu apposita quæque uastare: sed incassum labores pertulere grauissimos. Nam sole orto magnitudine angusti gurgitis & profundi à transitu arcebantur: & dum piscatorios quærunt lenunculos, uel innare temere contextis ratibus parant effuse legionem, quæ hyemabat tunc apud Sedenistè, impetu occurrere ueloci, & signis prope ripam locatis ad manus comminus conferendas, densas scutorum compages & scientissime præstruebant: ausos quoque aliquos fiducia nandi, uel cauatis arborum truncis amnem permeare latenter facillime trucidarunt. Vnde tentatis ad discrimen ultimum artibus multum cum nihil impetraretur, pauore uicq; repellente extrusis, & quo tenderent ambientes, uenere prope oppidum Laranda: ibi uictu recreati & quiete, postquam abierat timor, uicos opulentos adorti equestriũ adiumento cohortium, quæ casu propinquabant, nec resistere planicie porrecta conati digressi sunt, retróque concedentes, omne iuuentutis robur relictum in sedibus acciuerunt. Et quoniam inedia graui afflictabantur, locum petiuere Paleas nomine, uergentem in mare, ualido muro firmatum, ubi conditur nunc usque commeatus, distribui militibus omne latus Isauriæ defendentibus adsueti. Circumstetere igitur hoc monumentum per triduum, & trinoctium: & cum neque adliuitas ipsa sine discrimine possit adire letali, nec cuniculis quicquam geri possit, nec procedebat ullum obsidionale commentum, mœsti excedunt. Postremo ira subeunte maiora uiribus adgressuri, proinde concepta rabie sauiore, quam desperatio incendebat & fames, amplificatis uiribus ardore incohibili in excidium urbiũ matris insolentia efferebantur, quam comes tuebantur castritius, tresque legiones bellicis sudoribus indurata. Horum aduentum prædocti speculationibus fidis rectores militũ tessara data solenni, armatos omnes celeri eduxere procursum, & agiliter præterito Calycadni fluminis ponte, cuius undarum magnitudo Meroem adluit, turres in speciem locauere pugnandi. Neque tamen exiliuit quisquam, nec permissus est congregi. Formidabatur enim flagrans uesania manus, & superior numero, & ruitura sine respectu salutis in ferrum. Viso itaque exercitu procul, auditóq; latronum cãtu, represso gradu parum perstiteré prædones, extantesque minantes gladios postea lentius incedebant: quibus occurrere bene pertinax miles explicatis ordinibus parans, hastisque feriens scuta, qui habitus iram pugnantium concitat, & dolorem proximo eam gestu terrebat. Sed eum in certamen alacriter confurgentem reuocauere ductores, rati intempestiuum anceps subire certamen, cum haud longe muri distarent, quorum tutela securi, quæ poterant in solido locorum cunctorum locare: ac icti persuasione reducti intra mœnia bellatores, obseratis undiq; portarum aditibus, propugnaculis insistebant. Et pinnis congesta undiq; saxa telâq; habentes in promptu: ut si quis sese proripuisset ulterius, multitudine missilium sterneretur & lapidũ. Illud tamen clausos uehementer angebat, quod captis

Lenunculi  
piscatorij.

Victu recrea  
ti & quiete.

Trinoctiũ.

Adliuitas.

Obsidionale  
cõmentum.

Ardor inco  
hibilis.

capris nauigijs. quæ frumenta uehebant per flumen, Isauri quidē alimentorum  
 copijs adfluebant. Ipsi uero solitarū rerum cibos iam cōsumendo, inediā pro-  
 pinquantis erumnas ex Italis horrebant. Hæc ubi latius fama uulgasset, missæ  
 q; relationes adsiduæ Gallum Cæsarem permouissent, quoniā magister equi-  
 tum longius ea tempestate distinebatur: iussus comes Oriētis Nebridius, con-  
 tractis undiq; militaribus copijs ad eximendam periculo ciuitatem amplam &  
 opportunam studio properabat ingenti, quo cognito abscessere latrones. Nul-  
 la re amplius memorabili gesta, dispersiq; ut solent, auia montium petiere cel-  
 forum. Eò adducta re per Isauriam, Rege Persarum bellis finitimis inligato, re-  
 pellentēq; à conlimitijs suis ferocissimas gentes: quæ mente quadam uersabili  
 hostiliter eum saepe incessunt, & in nos arma mouentem aliquoties iuuant. No-  
 odares quidam nomine è numero optimatum, incurfare Mesopotamiam quo-  
 ties copia dederit ordinatus, explorabat nostra solcite, si reperisset usq; locum  
 ui subita perrupturus. Et quia Mesopotamiæ tractus omnes crebro inquietari  
 fueti, prætenturis & stationibus seruabantur agrarijs, leuorsum flexo itinere  
 Osdruenæ subsederat, æstimans partes, nouum partumq; aliquando tentatum  
 commentū adgressus, quod si impetrasset, fulminis instar modo cuncta uasta-  
 ret. Erat autem quod agitabat huiusmodi. Batne municipium in Athemusia  
 conditum Macedonum manu priscorum, ab Eufrate flumine breui spatio di-  
 sparatur, refertum mercatoribus opulentis, ubi annua solennitate prope Se-  
 ptembris initium ad nundinas magna promiscuæ fortunæ conuenit multitu-  
 do ad cōmercanda quæ Indi mittunt, & alia plurima uehi terra maricq; consue-  
 ta. Hanc regionem præstitutis celebritati diebus inuadere parans Dux antedi-  
 ctus, per solitudines Aboræq; amnis herbidas ripas, suorum indicio proditus,  
 qui admissi flagitiij metu exagitati ad præsidia discurrere Romana, absq; ullo  
 exgressus effectu, deinde tabescebat immobilis. Sarraceni tamen nec amici no-  
 bis unq; nec habendi, ultro citroq; discursantes, quicquid inueniri poterat, mo-  
 mento temporis parui uastabant, miluorum rapaci uitæ similes, qui si prædam  
 dispexerint celsius uolatu rapiūt celeri, aut si impetrarint, non immorantur. Su-  
 per quorum moribus licet in actibus principis Marci, & postea aliquoties me-  
 minerim retulisse, tamen nunc quoq; pauca de iisdem expediā carptim. Apud  
 has gētes, quarum exordiens initiū ab Assyrijs ad Nili cataractas porrigitur  
 & confinia Blemmyarū, omnes pari sorte sunt bellatores seminudi, coloratis sa-  
 gulis pubetenus amicti, equorū adiumēto pernicium, graciliūq; camelorum  
 per diuersa reptantes in tranquillis uel turbidis rebus: nec eorū quisq; aliquan-  
 do stiuam apprehendit, uel arborem colit, aut arua subigēdo quaritant uictū,  
 sed errant semper spacia longe latēq; distenta, sine lare, sine sedibus fixis aut le-  
 gibus perferunt diutius cælū, aut tractus unius soli illis unq; placet. uita est illis  
 semper in fuga, uxoresq; mercenariæ conductæ ad tempus ex pacto: atq; ut sit  
 species matrimonij, dotis nomine futura coniūx hastā & tabernaculū offert ma-  
 rito, post statū diem si id elegerit discessura: & incredibile est, quo ardore apud  
 eos in Venerē uterq; soluitur sexus. Ita autē quoad uixerint, late palātur, ut alibi

Auia  
montiū.

Alimento  
rum copijs  
affluebant  
Isauri.

Comes Ori-  
entis.

Dispersi la-  
trones.

Conlimitia,  
Mente uersa-  
bili.

Osdruenā.

Disparatur  
emporium.

Sarraceni  
miluorū ra-  
paci uitæ si-  
miles.  
De Sarrace-  
nis.

Seminudi  
Sarraceni.

Errāt sine la-  
re, sine legi-  
bus.

Uxores ad  
tempus

Vita in  
fuga.

mulier nubat, in loco pariat alio, liberosq; procul deducat, nulla copia quiescēdi  
 permiffa. Victus uniuerfis caro ferina est, lactisq; abūdans copia, qua sustentā  
 tur, & herbæ multiplices, & si quæ alites capi per aucupium possint, & plerosq;  
 nos uīdimus frumēti usum & uīni penitus ignorātes. Hactenus de natione per  
 nitiosa. nunc ad textum propositum reuertamur. Dum hæc in oriente agūtur,  
 Arelatæ hyemem agens Constantius, post theatrales ludos atq; Circenses am  
 bitioso æditos apparatus, diem sextū idus Octobris, qui imperij eius annū tri  
 cesimū terminabat, insolentia pondera grauius librās. Si quid dubiū defereba  
 tur aut falsum, pro liquido accipiēs & comperto: inter alia excarnificatū Geren  
 tium Magontianæ comitem partis, exulari mœrore multauit. Vtq; ægrum cor  
 pus quassari etiā leuibus solet offensis, ita animus eius angustus & tener, quic  
 quid increpuisset, ad salutis suæ dispendiū existimans factum, aut cogitatū, in  
 fontium cædibus fecit uictoriam luctuosam. Si quis enim militariū uel honora  
 torum, aut nobilis inter suos rumoretenus esset insimulatus fouisse partes ho  
 stiles, iniecto onere cathenarum in modū beluæ trahebatur. Et inimico urgen  
 te, uel nullo, quasi sufficiente hoc solo quod nominatus esset, aut delatus, aut po  
 stulatus, capite uel mulctatione bonorum, aut insulari solitudine damnabatur.  
 Sufficiebat q; nominat<sup>9</sup> esset aut de  
 latus. Accendebāt eius asperitatem iactata uulgo crimina, quibus imminui amplitu  
 do imperij dicebatur. Et iracundiæ suspitionum proximorum cruentæ blandi  
 tiæ exaggerantium incidentia, & dolere impēdio simulantium, si principis per  
 ditur uita, à cuius salute uelut filo pendere statū orbis terrarū fictis uocibus ex  
 clamabāt. Ideoq; fertur nemine aliquādo ob hæc uel similia poenæ addictum,  
 oblato de more elogio reuocari iussisse, quod inexorabiles quoq; principes fa  
 ctitarunt: & exitiale hoc uitium, quod in alijs nonnunq; in tepest, in illo ætatis  
 Elogio. progressu efferuescebat, obstinatum eius propositum accendente adulatorum  
 cohorte, inter quos Paulus eminebat notarius ortus in Hispania Glaber quidā  
 Glaber quidā sub uultu latens odorandi uias periculorum occultas perq; sagax, is in Britania  
 missus ut militares quosdam perduceret auso conspirasse Magnentio cum reni  
 ti non possent his se licentius supergressus fluminis modo fortunis compluriū  
 sese repentinus infudit. & ferebatur per strages multiplices, ac ruinas, uinculis  
 membra ingenuorum adfligens, & quosdam obterens manicis, crimina scilicet  
 multa consarcinando à ueritate longe discreta. unde admissum est facinus im  
 Notā inuissit sempiternā. pium, quod Constantij tempus notam inuissit sempiternā. Martinus regens  
 illas prouincias pro præfectis, erumnas innocentium grauius gemens, scq; ob  
 secrans, ut ab omni culpa immunibus parceretur: cum nō impetraret, minaba  
 tur se discessurum, ut saltem id metuens perquisitor maliuolus, tandem desine  
 ret quieti traditos homines in aperta pericula proiectare. Per hoc minui studiū  
 In cōplican  
 dis negocijs  
 artifex dir<sup>9</sup>. suum existimans Paulus, ut erat in complicandis negocijs artifex dirus, unde &  
 Cathena inditum est cognomentum, uicarium ipsum eos quibus parferat, ad  
 huc defensantem, ad sortem periculorum communium traxit. Et instabat ut eū  
 quoq; cum tribunis & alijs pluribus ad comitatum Imperatoris uinctum per  
 duceret, quo percitus ille exitio urgente abrepto ferro eundem adoritur Paulū.  
 Et quia

Et quia languente dextera letaliter ferire nō potuit, iam districtum mucronem in proprium latus impegit. Hocq; deformi genere mortis excessit ē uita, iustissimus re nota ausus miserabiles casus leuare multorum. Quibus ita scelestē patris, Paulus cruore perfusus, reuersusq; ad principis castra, multos coopertos pondere cathenarū adductos, in squalorem deiectos atq; mœstitiā, quorū aduentu intendebantur aculei, uncosq; parabat carnifex. Et tormenta exteris proscripta sunt, pluresq; acti in exilium. Alij nonnullos gladij consumpsere pœnales. Nec enim quisq; facile meminit sub Constantio, ubi susurrotenus hęc mouebātur, quenq; absolutum. Inter hęc Orphitus præfecti potestate regebat urbem Elate. Nam ultra modū delatæ dignitatis sese efferens insolenter uir quidam prudens, & forensium negotiorum oppido gnarus, sed splendore liberalium doctrinarum minus q̄ nobilem decuerat institutus, quo ministrante seditiones sunt concitatae graues ob inopiam uini: huius auidis usibus uulgius intentum ad motus asperos excitatur & crebros. Et quoniam mirari posse quosdam peregrinos existimo hęc lecturos forsitan si contigerit: Quamobrem cum oratio ad ea monstranda deflexerat, quæ Romæ geruntur, nihil præter seditiones narrantur, & tabernæ & uilitates: harū similis alias summam causas præstrigam, nusq; à ueritate sponte propria digressurus. Tempore quo primis auspicijs in mundanum fulgorem surgetur ut uictura dum erunt homines Roma, ut augetur sublimibus incrementis fœdere pacis æternæ, uirtus cōuenit atq; fortuna plerunq; dissidentes. quarum si altera defuisset, ad perfectam non uenerat summitatem. eius populus ab incunabilis primis adusque pueritiæ tempus extremum, quod annis circumcluditur ferè trecentis, circummurana pertulit bella: deinde ætatem ingressus adultam, post multiplices bellorum erumnas alpes transcendit, & fretum: in iuuenem erectus & uirum ex omni plaga, quam orbis ambit immensus, reportauit lauræ triumphos. Iamq; uergens in senium, & nō mine solo aliquoties uincens, ad tranquilliora uitæ discessit. Ideo urbis uenerabilis post superbas efferatarum gentium ceruices oppressas, latasq; leges, fundamenta libertatis, & retinacula sempiterna, uelut frugi parens, & prudens, & diues, Cæsaribus tanquàm liberis suis regēda patrimonij iura permisit. & olim licet ociosæ sint tribus, pacatæq; Centuriæ, & nulla suffragiorum certamina, sed Pompiliani redierit securitas temporis, per omnes tamen quotquot sunt partes terrarum ut domina suscipitur, & regina, & ubique patrum reuerenda cum autoritate canicies, populicq; Romani nomen circumspectum, & uerendum. Sed læditur hic cœtuum magnificus splendor leuitate paucorum incondita, ubi nati sint non reputantium, sed tanquàm indulta licentia ad errores lapsorum ad lasciuiam. ut enim Symonides Lyricus docet, beate perfecta ratione uicturo ante alia patriam esse conuenit gloriosam. Ex his quidam æternitati se commendari posse per statuas æstimantes, eas ardentē adfectant, quasi plus præmij ex figmentis æreis sensibus carentibus adepturi, quàm ex conscientia honeste recteque factorum: easq; auro curant imbracteari, quod Aclio Glabrioni delatum est primo, cū consilijs armisq; regem superasset Antiochū.

Districtus mucro.

Gladij pœnales.

Forensium negotiorū.

Seditiones ob inopiam uini.

Virtus & fortuna conueniunt.

Circummurana bella pertulit populus Ro.

Vrbs Cæsariibus tanquàm liberis iura permisit.

Reuerenda canicies.

Beate uicturo sit patria gloriosa.

Statuas auro imbracteari.

Oppido gnarus.

C c 4 Quam

Quam autem sit pulchrum exigua hæc spernentem, & minima, ad ascensus ue-  
 ra gloriæ tendentem longos & arduos, ut memorat uates Ascreus, Censorius  
 Cato monstrauit. Qui interrogatus quamobrem inter multos nobiles statu-  
 am non haberet: Malo, inquit, ambigere bonos, quamobrem id nõ meruerim,  
 quam quod est grauius, cur impetrauerim mussitare. Alij summũ decus in caru-  
 cis solito altioribus & ambitu, uestitum cultu ponunt, sudant sub ponderibus  
 lacernorum, quas in colli exerta singulis ipsis adnectant, ne unã sub tegminũ ten-  
 uitate peruia filis extantes crebris, à locis omnibus maximèq; sinistra ut lon-  
 gioris fimbriæ, tunicæ perspicua luceant uarietate liciorũ effigiata in species ani-  
 maliũ multiformes. Alij nullo quærente, uultus seueritate ad simulata, patrimo-  
 nia sua in immensum extollunt cultorũ (ut putant) feraciũ, multiplicantes annu-  
 os fructus, quæ à primo ad ultimum solum se abunde iactitant possidere: igno-  
 rantes profecto maiores suos, per quos ista magnitudo Romana porrigitur,  
 nõ diuitijs<sup>†</sup> eduxisse, sed per bella sæuissima, nec opibus, nec uictu, nec indumẽ  
 torũ uilitate à gregarijs militibus discrepantes, opposita cuncta superasse uirtu-  
 te. Hinc ex Collatitia stipe Valerius humatur ille Publicola, & subsidijs amico-  
 rum mariti inops cum liberis uxor alitur Reguli, & dorantur ex ærario filia Sci-  
 pionis, cum nobilitas florem adultæ uirginis diuturnam absentiam pauperis  
 erubesceret patris. At nunc si ad aliquem bene nũmatum tumentemq; oculis  
 honestus aduena salutatum intoueris, primitus tanq; exoptatus susceperis, &  
 interrogatus multa, coactusq; mentiri, miraris nunquã antea uisus, iuratus ui-  
 ctum tenuem desisse, nixus obseruatẽ ut præ te feras, ut hæc bona tanq; præ-  
 cipua non uidisse ante decennium Romæ. Hac quoq; affabilitate confusus, cũ  
 eadem postridie feceris ut incognitus hæres & repentinus hortator, illo hester-  
 no dies numerando, qui sis uel unde uenias diutius ambigente. Agnitus uero  
 tandem & adscitus in amicitiam si te salutandi adsiuiditate dederis triennio in-  
 discretus & per totidem defueris, reuerteris ad paria perferẽda, nec ubi esses in-  
 terrogatus, & non è medio didiceris, ætatem omnem frustra in stipite cõteres  
 summitendo. Cum autem commotus interuallata temporibus conuiuia lon-  
 ga & noxia cœperint apparari, uel distributio solennium sportularum anxia  
 deliberatione tractatur, an exceptis his quibus uicissitudo debetur, peregrinum  
 inuitari conueniet: & si digesto pleno consilio id placuerit fieri, is adhibetur qui  
 pro domibus excubat, aurigarum aut artem tesserariam profitetur, aut secre-  
 tiora quædam se noscere confingit. Homines enim eruditos & sobrios ut infe-  
 stos & inutiles uitante quoq; accedente quod & nomendatores adsueti, hæc &  
 talia uenditare mercede accepta, cœnis quosdam & prandijs inserũt subdititios  
 ignobiles & obscuros. Mensarum enim uoragines, & uarias uoluptatum illece-  
 bras, ne longius progrediar, prætermitto: illud transiturus quod quidam per  
 ampla spacia urbis, subuersasq; silices, sine periculi metu properanter equos ue-  
 lut publicos signatis, quod dicit, calceis, agitant familiarium agmina, tanq; præda  
 torios globos post terga trahẽtes, ne Sannione quidẽ, ut ait Comicus, domi re-  
 licto, quo comitatu matronæ cõplures opertis capitibus & basternis per latera  
 ciuitatis

Dictum Ca-  
tonis.

Caruicæ.  
Sudant sub  
ponderibus.

Indumẽtoꝝ  
uilitate non  
discrepãtes  
a gregarijs.  
Valerius hu-  
matur.

Interuallata  
conuiuia.  
Distributio  
sportularũ.

Ars tessera-  
ria.  
Eruditos ui-  
tant.  
Inserũt sub-  
dititios.  
Mensarũ uo-  
ragines.

Basternis  
opertis  
matronæ.

Ascreus  
† eduxisse.

Nomen/  
clatorem.

ciuitatis cuncta: discurrunt utq; præliorum periti rectores primo cateruas densas opponunt. & fortes, deinde leues armaturas, post iaculatores, ultimasque subsidiales acies, si fors adegerit, inuasuras: ita præpositis urbanae familiae suspenſæ digerentibus solite, quos insignes faciunt uirgæ dextris aptatae, uelut tessera data castrensi iuxta uehiculari frontem omnem & externum incidit. Huic auratum coquinae adiungitur ministerium, Deinde totum promiscue seruitium, cum ociosæ plebis de uicinitate coniunctis. Postrema multitudo spadonum à senibus in pueros desinent, obliqua distortaque liniamentorum compage deformes: ut quaqua inceserit quisquam cernens mutilorum hominum agmina, detestetur memoriam Semiramidis Reginae illius ueteris, quæ teneros mares castrauit omnium prima, uelut uim iniectans naturæ, eandemque ab instituto cursu retorquens, quæ inter ipsa oriundi crepundia per primigenios feminis fontes tacitas quodammodo lege uias propagandæ posteritatis ostendit. Quod enim ita sit, pauca domus studiorum serijs cultibus antea celebrata, nunc ludibrijs ignauiae torrentes exundant, uocali sono perflabili cantu fidium resultantes: denique pro philosopho cantor, & in locum oratoris doctor artium ludicarum accitur, & bibliothecis sepulchrorum ritu imperpetuum clausis organa fabricantur hydraulica, & lyrae ad speciem carpentorum ingentes tibiae, quæ & histrionici gestus instrumenta non leuia. Postremo ad indignitatis est uentum, ut cum peregrini ob formidatam haud ita dudum alimentorum inopiam pellerentur ab urbe, præcepit esse autoribus disciplinarum liberalium impendio paucis sine respiratione ulla extrusis tenerentur Mimmarum affectæ ueri, quique id simularunt ad tempus. Et tria millia saltatricum cum ne interpellata quidem cum choris totidemque remanerent magistris. Et licet quocumque oculos flexeris, foeminas adfatim multas spectare cirratas, quibus si nupsissent per ætatem ter iam nixus poterat suppetere liberorum, adusque tædium pedibus pauimenta tergenteis iactare uolubilibus gyris dum exprimunt innumera simulacra, quæ finxere fabulae theatrales. Illud autem non dubitatur, quod cum esset aliquando uirtutum omnium domicilium Roma, ingenuos aduenas plerique nobilium, ut Homerocarum baccarum suauitate Lotophagi, humanitatis multiformibus officijs retentabant. Nunc uero inanes flatus quorundam uile esse quicquid extra urbis pomerium nascitur aestimant, præter orbos & cælibes: nec credi potest qua obsequiorum diuersitate coluntur homines sine liberis Romæ, & qui patres sunt his ut in capita mendicorum acerbius cælibes dominantur. Ad quos uel sedandos omnes professio medendi torrescit. Excogitatum est adminiculum hospitale, ne quis amicum perferentem similia uideat, additumque est cautionibus paucis remedium. Aliud satis ualidum, famulos per concitatum missos, quemadmodum ualeant non hac ægritudine conligati, non ante recipiant domum quam lauacro purgauerint corpus. Ita etiam alienis oculis uisa metuitur labes. Sed tamen hac cum ita tutius obseruetur, quidam uigore artuum imminuto rogati ad nuptias ubi aurum dexteris manibus cauatis offertur impiger uel usq; Spoletum perducit.

Hac

Virga in dextera.

Auratum coquinae ministerium. Mutili spadones.

Semiramis castrauit mares.

Pro philosopho cantor accitur.

Organa hydraulica.

Peregrini pellebantur.

Mimmarum affectæ. Saltatrices.

Aliquando uirtutum omnium domicilium Roma.

Collis orbos &amp; cælibes.

Aduenas retentabant.

**Paupertinæ.** Hæc nobilium instituta. ex turba uero Mimæ fortes, & paupertinæ in tabernis  
 aliqua pernoctantes atrijs nonnullis, uelabris umbraculorum theatralium la-  
**Campana** tent, quæ Campanam imitatus lasciuia catulus, in ædilitate sua suspendit  
**lasciua.** omnium primus: aut pugnaciter aleis artantur pilam fragosis uocibus intror-  
 sum reducto spiritu cōcrepantes: aut quod est studiorum omnium maximum,  
**Aurigarum** ab ortu ad uesperam sole fatiscunt uel pluuijs, præmia aurigarum equorumque  
**fautrix ple-** præcipua uel dedita scrutantes. Et est admodum mirum uidere plebem innu-  
**bes.** meram mentibus ardore quodam infuso, cum dimicationum curtilium euentu  
 pendentem, hæc & similia, quæ memorabile nihil, uel serium agi Romæ per-  
**Redeūdū ad** mittunt. ergo redeundum est ad textum, latius iam dixi. multa licentia onero-  
**textum.** sis bonis omnibus Cæsar nullum post hæc adhibens modum, Orientis latera  
 cuncta uexabat, nec honoratis parcens, nec urbium primatibus nec plebeis, de-  
**Sub uno elo** nique Antiochiæ ordinis uerendi duces sub uno elogio iussit occidi. Ideo effe-  
**gio.** ratus quod ei celebrari uilitatem intempestiuam urgenti, cum impenderet ino-  
 pia grauius rationabili responderunt, & perisset ad unum, ni Comes Orientis  
 tunc honoratus fixa constantia restitisset. Erat autem diritatis eius hoc quoq;  
**Ludicris cru-** indicium, nec obscurum, nec latens, quod ludicris cruentis delectabatur, & in cir-  
**entis delecta** co sex uel septem aliquoties uetitis certaminibus pugilum uicissim se conciden-  
**batur.** tium, perfusorumque sanguine, specie ut lucratus ingentia lætabatur. Accede-  
 bat super his incitatum propositum ad nocendum aliqua mulier uilis, quæ ad  
 palatium ut poposcerit intromissa, insidiei latenter obtendi prodiderat ab mi-  
 litibus obscurissimis, quam Constantius exultans, ut in toro iam locata mari-  
 ti salute muneratam, uehiculoque impositam, per regiæ ianuas emisit in publi-  
 cum, ut ijs illecebris alios quoque ad indicanda proliceret paria uel maiora.  
 Post hæc Gallus Hieropolim profecturus, ut expeditioni specietenus adesset,  
 Antiochiensi plebi simpliciter obsecranti, ut inedia dispelleret metum, quæ per  
 multas difficilesque causas affore iam sperabatur, non ut mos est principibus  
 quomodo illis diffusa potestas locabilis subinde medetur erumnis, disponi  
 quisquam statuit uel ex prouincijs alimenta transferri conterminis. Sed consu-  
 larem Syriæ Theophilum propè adstantem, ultima metuenti multitudine de-  
 ditum, adsidue replicando, quod inuicto rectore nullus egere poterit uictu. Au-  
**Ingrauesce-** xerunt hæc uulgi sordidioris audaciam. Et cum ingrauesceret penuria cōmea-  
**bat penuria** tuum fames & furor, impulsu Cubuli cuiusdam inter suos clari, domum ambi-  
**cōmeatuū** tiosam ignibus subditis inflammauit, rectoremque ut sibi iudicio imperiali  
**fames.** addictum calcibus incessens, & pugnis conculcans, seminecem laniatu miseran-  
 do discerpit. Post cuius lachrymosum interitum in unius exitio quisque imagi-  
 nem periculi sui considerans, documento recenti similia formidabat. Eodem  
 tempore Serenianus ex Dacis, cuius ignauia populatam in Phcenice Coelen  
 ante retulimus, pulsata maiestatis Imperij reus iure postulatus à lege, incertum  
**Pulsata ma-** qua potuit suffragatione absolui, aperte conuictus, familiarem suum cum pi-  
**iestatis reus.** leo, quo caput operiebat, incantato uetitis artibus, ad templum misisse fatidi-  
 cum quæritatum expresse an ei firmum protenderetur imperiū, ut cupiebat: &  
 cunctum

Vmbra/  
cula the/  
atralia.

cunctum, duplexque isdem diebus acciderat malū, quod & Theophilum inson-  
tem atrox interceptus casus. Et Serenianus dignus execratione cunctorum, inno-  
xius modo non reclamante publico uigore discessit. Hæc subinde Constantius  
audiens, & quædam referente Thalassio doctus, quæ mouisse iam compererat  
lege communi, scribens ad Cæsarem blandius adiumenta paulatim illi subtra-  
xit, sollicitari se simulans, ne quod militare ocium ferè tumultuosum in eius per-  
niciem conspiraret, solisque scholis iussit esse contentum Palatinis, & protecto-  
rem cum scurarijs & gentilibus: & mandabat Domitiano ex comite largitio-  
num præfecto, ut cum in Syriam uenerit, Gallum, què crebro acceperat ad Ita-  
liam properare, blande hortaretur & uerecunde. Qui cum uenisset ob hæc festi-  
natis itineribus Antiochiam, præstrictis palatii ianuis, contempto Cæsare, què  
uideri decuerat, ad prætorium cum pompa solenni perrexit: morboque diu ue-  
xatus, nec regiam introiit, nec processit in publicum: sed abditus multa in eius  
moliebatur exitium, addens quædam relationibus superuacua, quæ subinde di-  
mittebat ad principem. Rogatus ad ultimum, admissusque in consistorium, am-  
bage nulla prægressa inconsiderate & leniter proficiscere inquit, ut præceptum  
Cæsar scias: quod si cessaueris, & tuas, & palatii tui auferri iubeo propè diem an-  
nonas. Hocque solo contumaciter dicto, subiratus abscessit, nec in conspectum  
postea uenit sæpius accersitus, hinc ille commotus, ut iniusta perferens & indi-  
gna, præfecti custodiam protectoribus mādauerat fidis. Quo comperto, Mon-  
tius tunc quæstor asper quidem, sed ad lenitatem propensior, consulens in com-  
mune aduocatos Palatarum primos scholarum alloquutus est mollius, dicēs  
nec decere hæc fieri, nec prodesse, addensque uoces obiurgatorio sono. Quod  
si placeret, post statuas Constantini deiectas super adimentia uita præfecto  
conueniet securius cogitari. His cognitis, Gallus ut serpens appetitus telo uel sa-  
xo, iamque spes extremas operiens, & succurrens saluti suæ, quauis ratione con-  
ligi omnes iussit armatos: & cum starent attoniti, districta dentium acie stri-  
dens, Adeste, inquit, uiri fortes mihi periditanti, uobis Montius nos tumore  
inuitato quodam & nouo, ut rebelles & maiestati recalcitrantes Augustæ per  
hæc quæ strepit, inculcat: iratus nimirum, quod contumacem præfectum quid re-  
rum ordo postulat, ignorare dissimulantem, formidine iusserim custodiri: nihil  
morati post hæc militares auidi spe turbarum adorti sunt Montium primū:  
qui deuertebat in proximo leui corpore senem, ad quem onerosum hirsutis  
resticulis cruribus innexis, diuaticatum sine spiramento ullo adusque præto-  
rium traxere præfecti. Et eodem impetu Domitianum præcipitem per scalas  
itidem funibus constrinxerunt, eosque coniunctos per ampla spacia ciuitatis  
acri parauere discursu, iamque artuum & membrorum diuulsa compage su-  
perscandentes corpora mortuorum, ad ultimam truncata deformitatem, uelut  
exsaturati abiecerunt in flumen. Incenderat autem audaces usque ad insaniam  
homines, ad hæcque nefarijs egere conatibus. Luscus quidam curator urbis su-  
bito uisus, cumque eo ut Enilaus baiulorum præcentor ad expediendum quod  
orsus sunt, incitans uocibus crebris, qui haud longe postea ideo uiuus exustus  
est. Et

Admissus  
in consistorium

Subiratus.

Districta de  
tū acie stri-  
dens.Deuertebat  
in proximo.  
Diuaticatus  
cruribus in-  
nexis resticulisArtuum diuul-  
sa compage.

Eusebius cognomento pietatis.

Ingeniū a ueri cōsideratione detortū.

Obductio capitū, ubiq; multatio bonorum.

Cilicia diues bonis.

Calycadn<sup>o</sup>. Seleucia Claudiopopolis.

Tharsus.

Cōmilitiū.

Seruili<sup>o</sup> missa sub iugū Maurias.

est. Et quia Montus inter dilanantium manus spiritum efflaturus, Epigonum & Eusebium, nec professionem, nec dignitatem ostendēs, aliquoties increpabat: qui sint hi, magna quærebatur industria, & nequid intepeferet Epigonus è Licia philosophus ducitur, Et Eusebius è Mysia pietatis cognomento concitatus orator, cum quæstor non hos, sed Tribunos fabricarum insimulasset, promittētes armorum si nouæ res agitari comperissent. Iisdem diebus Apollinaris Domitiani gener, paulo ante agens palatij Cæsaris curam, ad Mesopotamiam missus, à focero per militares numeros immodice scrutabatur, an quædam altiora meditates iam Galli secreta susceperant scripta, qui compertis Antiochiæ gestis, per minorem Armeniam lapsus, Constantinopolim petit. Exinde per protectores retractus artissime tenebatur: quæ dum ita struūtur, indicatū est apud Tyrum indumentum regale textum occulte, incertum quo locante, uel cuius usus apparatus. Ideoq; rector prouinciæ tunc pater Apollinaris eiusdem nominis ut conscius ductus est. Alij; congregati sunt ex diuersis ciuitatibus multi, qui atrocium criminum ponderibus urgebantur. Iamq; litibus cladum concrepantibus internarum concelate, ut antea turbidum sæuiebant ingeniū à ueri cōsideratione detortum, & nullo impositorum uel compositorum fidem solē niter inquirente, nec discernente à societate noxiorum insontes, uelut exturbatum è iudicijs fas omne discessit: & causarum legitimas silens defensiones, carnifex rapinarum sequester, & obductio capitum, & bonorū ubiq; multatio uersabatur per orientales prouincias, quas recensere puto. Nunc opportunum utq; Mesopotamia digesta, cum bella Parthica instent, & Aegyptus, quæ necessaria huic rei referam ad tempus. Superatis Thauri montis uerticibus, qui ad solis ortum sublimius attolluntur, Cilicia spacijs porrigitur late distentis, diues bonis omnibus terra, eiusq; lateri dextro adnexa Isauria est: pari sorte uberi palmitē uiret & frugibus multis, quam mediam nauigabile flumen Calycadnus interscindit. Et hanc quidem præter oppida multa, duæ ciuitates exornant, Seleucia opus Seleuci Regis, & Claudiopolis, quam eduxit Coloniam Claudius Cæsar. Isauria non ut antehac mœnium potens olim subuerfa, ut rebellatrix interneciuæ ægre, uestigia claritudinis pristinae monstrat admodum pauca: Ciliciam uero quæ Cydno amne exultat, Tharsus nobilitate perspicabilis, hanc condidisse Perseus memoratur, Iouis filius & Danaes, uel certe ex Aethiopia profectus, Sandan quidam nomine, uir opulentus & nobilis, & Anazarbus autoris uocabulum referens, & illius domicilium Mopsi: quam à commilitio Argonautarum cum aureo uellere direptore diem terrore abstractum, delatum ad Africæ littus, mors repentina consumpsit: & ex eo cespite punico tecti manes, & eius Herotici dolorum uarietatum odentur plerunq; sospitales. Hæ duæ prouinciæ bello quondam Pyratice cateruis mixtæ prædonum, à Seruilio proconsule missæ, sub iugum factæ sunt uestigales. Et hæ quidem regiones uelut in prominenti terrarum lingua posita, ab urbe eo monte Amano disparantur. Orientis uero limes in longum protentus & rectum, ab Eufhratis fluminis ripis adusq; supercilia porrigitur Nili, leua Sarracenis continuatis gentibus, dextra pelagi fragoribus

goribus patens: quam plagam Nicanor Seleucus occupatam auxit magnū im-  
modum, cū post Alexandri Macedonis obitum successorio iure teneret regna  
Perfidis efficacīe impetrabilis rex, ut indicat cognomentū. Abusus enim multū  
tudine hominū, quam tranquillīs in rebus diutius rexit, & agrestibus habitacu-  
lis urbes construxit multis opibus firmas & uiribus. quarū ad præsens plerāq;  
licet Græcis nominibus appellentur, quæ isdem ad arbitriū imposita sunt con-  
ditoris primigenia, tamen nomina non amittūt, quæ eis Assyria lingua institū-  
tores ueteres indiderunt. Et prima post Osdroneam, quā (ut dictū est) ab hac  
discretione discernimus, cū Magnea nunc Eufratenſis clementer adſurgit He-  
rapoli ueterrimo & Samosa ciuitatibus amplis & illustris. Dein Syria per ſpaci-  
oſam inter Petreos diffusa planiciem. hanc nobilitat Antiochia mundo cog-  
nita ciuitas, cui nō certauerit alia aduectitijs ita adfluere copijs & internis, & Lao-  
dicea, & Apamia, itidemq; Seleucia, inde à primis auspicijs florentissima. Post  
hanc adcliuis Libano monti Phœnice regio plena gratiarum & uenustatis, ur-  
bibus decorata magnis & pulchris. in quibus amœnitate, celebritatēq; nominū  
Tyrus excellit, Sydon, & Berytus, isdemq; par omiſſa Damascus sæculis condi-  
ta priſcis. Has autem prouincias, quas Orontis ambiēs amnis, unōq; pede Caf-  
ſij montis illius celsi prætermeans funditur Parthenium mare, CN. Pompeius  
superato Tigraue, regnis Armeniorū abstractis, ditioni Romanæ coniūxit. Vi-  
tima Syriarum est Palestina, per interualla magna portentuoſis abundans ter-  
ris & nitidis, & ciuitates habens quasdam egregias, nullā nulli cedentem, sed ſi-  
bi uiciſſim uelut ad perpēdiculum æmulas: Cæsaream, quā ad honorem Octa-  
uiani principis exædificauit Herodes, & Eleutheropolim, & Neapolim, itidem  
q; Aſcalonem, Gazam, & Iuliā à parte superiore extructas. In his tractibus na-  
uigerum nuſq; uiſitur flumen, & in locis plurimis aquæ ſuapte natura calentes  
emergūt, ad uſus aptæ multiplicium medelarum. Verū has quoq; regiones pa-  
ri ſorte Pompeius Iudæis domitis, & Hieroſolimis captis, in prouinciarū ſpecie  
rectori delata iurisdictione formauit. Huic Arabia est cōſerta ex alio latere Na-  
batheis contigua, opima uarietate cōmerciorum, caſtrisq; oppleta ualidis & ca-  
ſtellis, quæ ad repellendos gentium uicinatum excuſus ſollicitudo peruigil ue-  
terum per opportunos ſaltus erexit & cautos. Hæc quoq; ciuitates habet inter  
oppida quædam ingentes, Boſtram, & Gerazam, atq; Philadelphiam, murorū  
firmitate cauiffimas. Hæc prouinciam imposito nomine, rectorēq; attributo,  
obtemperare legibus noſtris Traianus compulſit imperator, incolarum tumore  
ſæpe contuſo, cum glorioſo Marte Mediam urgeret & Parthos. Cyprum itidē  
inſulam procul à continēti quietam & portuoſam, inter municipia crebra urbes  
duæ faciunt clarā, & Salamis & Paphus. Altera Iouis delubris, altera Veneris  
templo inſignis. tanta tamq; multiplici fertilitate abūdat rerū omnium eadem  
Cyprus, ut nullius externi indigens adminiculi indigenis uiribus, & fundamēto  
ipſo carinæ ad ſupremos uſq; carbaſos ædificet onerariam nauem, omibusq;  
armamentis inſtructā mari cōmittat. nec piget dicere, auide magis hanc inſulā  
populū Romanū inuaſiſſe q̄ iuſte. Ptolomæo enim Rege fœderato nobis &

Nicanor.  
Successorio  
iure.Antiochia  
ciuitas.

Phœnice

Tyrus.  
Sydon.  
Orontis fl.

Cæsarea.

Eleutheropolis.

Aqua medi-  
cata.Arabia  
Nabathei.Philadel-  
phia.

Traianus.

Salamis.  
Paphus in  
in Cypro.  
Indigenæ ui-  
res.

Ptolomæus.

D d socio

Beryt.  
Dama-  
scus.

**Proscriptus.** Socio, ob ærarij nostri angustias iusso sine ulla culpa proscriptus: ideo hausto ueneno uoluntaria morte deletus, & tributaria facta est, & uelut hostiles eius exuuiæ darsi impositæ, in urbem adductæ sunt per Catonē. Nunc repetetur ordo gestorum. Inter has ruinarū uarietates auis ibi quam tuebatur acrius, cui nos obsecuturos uinxerat imperiale præceptū, despiciere edicta imperatorū cogebat, lucē adimens, & reclamās adunatorū oblatrantibus turmis, bellicosus sanè milesq; semper, & militum ductor, sed forensibus iurgijs lōge discretus, qui metu sui discriminis anxius, cū accusatores quæsitoresq; subdititios sibi cōsociatos ex iisdē foueis cerneret emergentes, quædā quæ palam agitabātur, occultis Constantiū literis edocebat, implorās subsidia, quorū metu tumens ornatissimus Cæsar exultaret. Sed cautela nimia in peiores hæserat plagas, ut narrauimus. Postea æmulis cōsarcinātibus insidias graues apud Constantiū cætera mediū principem, Sed si quid auribus huiusmodi quiuis infudisset ignotus acerbū, & implacabile, & in hoc causarum titulo simile sui, proinde die funestis interrogationibus præstituto, imaginarius iudex equitum refedit magister, adhibitis alijs in quæ essent agēda prædoctus, & assistebāt hincinde notarij, quid quæsitū esset, quid uē responsum, cursim ad Cæsarē perferentes, cuius imperio cruces cum stigmulis reginæ exceptantes auræ subinde per auleum, nec diluere obiecta permiffi, nec defensi periere complures. Primi igitur omnium statuūtur Origenes & Eusebius ob nominum gentilitatē oppressi. Prædiximus enim Montium sub ipso uiuendi termino his uocabulis appellatos fabricarū culpasse tribunos, ut adminicula futuræ inditioni pollicitos, & Epigonius quidem amictu tenus philosophus, ut apparuit, prece frustra tentata, sulcatis lateribus, mortisq; metu admotus, turpi confessione cogitatorum sociū, quæ nulla erant, fuisse firmauit, cum nec uidisset quicq; nec audisset penitus expers forensium rerū. Eusebius uero obiecta fidentius negās, suspensus in eodē gradu cunctatus est, & id latrocinium illud esse non iudiciū clamās. Cūq; pertinacius ut legū gnarus accusatorē flagitaret, atq; solennia, doctus id Cæsar, libertatemq; superbiam ratus, tanq; obtreçtatorē audacem excarnificari præcepit, qui ita euisceratus ijs cruciatibus membra deessent, implorans cælo iustitiā toruū renidens fundato pectore mansit immobilis nec se inculcare, nec quenq; aliū passus, & tandē nec confessus, nec cōsutus cum abiecto cōsorte pœnali est morte mulctatus, & ducebatur intrepidus temporū iniquitati insultans. Imitatus Zenonē illum ueterē Stoicum, qui ut mētiretur quædā, laceratus diutius, auulsam sedibus linguā suā cum cruento sputamine in oculos interrogantis Cyprini regis impegit. Post hæc indumentū regale quærebatur, & ministris fucandæ purpuræ tortis confessisq; pectoralē tuniculam sine manicis textā Maras quidā nomine indutus est (ut appellant CHRISTIANI) diaconus, cuius pro latere scriptæ Græco sermone, At Tyrj traxerunt præpositū celari speciem perurgebat. Quam autem non indicabat, deniq; etiā idem usq; ad discrimen uitæ uexatus, nihil fateri compulsus est, quæstione igitur per multiplices dilatata fortunas, cū ambigerentur quædā, nonnulla leuius acētata cōstaret multorū clades, Apollinares ambo pater & filius in exiliū Atticum ad locū Crateras

Imperiale  
 præceptū.  
 Forensibus  
 iurgijs lōge  
 discretus.

Aemulis cō  
 sarcinātibus  
 insidias.  
 Patulæ au  
 res Cōstātij.

Auleum.

Penitus ex  
 pers forensi  
 um rerū.

Excarnifica  
 ti.

Tunicula  
 pectoralis.  
 Christiani.

cum Crateras nomine peruenissent, uillam scilicet suam, quæ ab Antiochia uice/  
simo & quarto disiungitur lapide, ut mandatum est, fractis cruribus occiduntur.  
Post quorum necem nihilo lenius ferociens Gallus, ut leo cadaueribus pastus,  
multa huiusmodi scrutabatur: quæ singula narrare non refert, ne professionis  
modum, quod euitatum est, excedamus. Hæc dum Oriës diu perferret, cæli re/  
ferato tepore, Constantius consulatu suo septies & Cæsaris, iterum egressus Ha/  
relate Valentiam petit, in Condoundum & Vademarium fratres Alemanno/  
rum regis arma moturus, quorum crebris excursibus uastabantur confines limi/  
tibus terræ Gallorū. Dumq; ibi diu moratus, cōmeatus operiens, quorū transla/  
tionem ex Aquitania aurei imbres solito crebriores prohibebant, auidiq; torrē/  
tes, Arculanus aduenit protector domesticus, Hermogenes ex magistro equi/  
tum filius apud Constantinopolim, ut supra retulimus, populari ut quondā tur/  
bella discreti: quo uerissime referēte quæ Gallus egerat, damnis sup præteritis  
mœrens, & futurorum timore suspensus, angorem animi cōdiu potuit emēda/  
bat. miles tamen interea omnis apud Cabillonam collectus, morarum impati/  
ens sæuiebat, hoc irritator, quod nec subsidia uiuēdi suppeterent alimentis nō  
dum ex usu translatis. Vnde Rufinus ea tempestate Præfectus prætorio, ad di/  
scrimē trusus est ultimū. ire em̄ ipse compellebatur ad militem, quē exagitabat  
inopīa simul & feritas, & alioquin coalito more in ordinarias dignitates aspe/  
rum semper & sæuum, ut satiffaceret atq; mōstraret, quam ob causam annona  
cōuectio sit impedita, quod opera consulta cogitabatur astute, ut hoc insidiarū  
genere tali periret auunculus, ne cum ut præpotens acueret in fiduciam exitiose  
cœptantem. Verum nauata est opera diligens, Eusebius præpositus missus est  
Cabillonam aurum secum perferens, quo per turbulentos seditionum cōcitato  
res occultius distributo, & tumor consenuit militum, & salus est in tuto locata  
præfecti. Deinde cito abunde perlato castra die prædicto sunt mota. Emensis  
ita difficultatibus multis, & niue obrutis callibus pluribus, ubi prope Raura/  
cum uentum est ad supercilia fluminis Rheni, resistente multitudine Alemāna,  
pontem suspenderunt nauū compage. Romani in mcenia necabantur ritu grā/  
dinis undiq; cōuolantibus telis, & cum id impossibile uideretur, Imperator cogi/  
tationibus magnis attonitus, quid capefferet ambigebat. Ecce autem ex impro/  
uiso index quidam regionum gnarus aduenit, & mercede accepta uadosum lo/  
cū nocte monstrauit, unde superari potuit flumen, & potuisset aliorum ni intē/  
tis hostibus pauci ex eadem gente, quibus erat Honoratoris militis cura com/  
missa, populares suos hæc per nuncios docuissent occultos, ut quidam existima/  
bant. Infamabat autem hæc suspicio Latinū domesticorum Comitē, & Agilo/  
nem tribunū stabuli, atq; Scudilonē scutariorū rectorē, qui tūc ut dextris suis  
gestantes rempublicā colebantur. At Barbari suscepta instantium rerū ratione,  
consilia dirimentibus forte auspiciis, uel congregi prohibētibus autoritate sa/  
crosū, meliori augurio fidentibus resistebant, opinantes misere delictorū ueniā  
petituros & pacem. Tentis igitur regis utriusq; legatis, & negotio rectius diu pē/  
fato, cū pacē oportere tribui, quæ iustis conditionibus petebatur, eamq; ex rerū

Gallus ut  
leo cadaueri-  
bus pastus.

Exagitabat  
militem ino-  
pia & feritas

Tumor con-  
senuit mili-  
tum.

Regionum  
gnarus.

Infamabat.  
Scutariorū  
rector.

Oratio im/  
peratoris.  
Post exuda-  
tos labores.

Commilito-  
nes fidissimi  
Succinctius  
explicabo.

Excellenter.

Fœdus istū  
cū Aleman-  
nis,

Eusebius Prae-  
positus cubi-  
culi.

fore sententiā uia concinnens adprobasset: aduocato in concionem exercitu,  
Imperator pro tempore pauca dicturus, tribunali adstans, circūdatus potesta-  
tum cœtu celsarum, ad hunc differuit modum. Nemo quæso miretur, si post ex-  
udatos labores itinerum, longos congestosq; adfatim cōmeatus, fiducia uestri  
ductante Barbaricos pagos aduentans, uelut mutato repente consilio ad placi-  
diora diuertit. Pro suo enim loco & animo quisq; uestrum reputans, id inueniet  
uerum, quod miles ubiq; licet membris uigentibus firmius se solum, uita inque  
propriam circumspicit & defendit. Imperator uero officiorum, dū æquus omni-  
bus alienæ custos salutis, nihil non ad sui spectare tutelam rationes populorū  
cognoscit, & remedia cuncta status negotiorum administrans, arripere debet  
alacriter secunda nominis uoluntate delecta. Id in breue igitur conferā, & osten-  
dam qua ex causa omnes simul adesse uolui, cōmilitones mei fidissimi: accipi-  
te æquis auribus, quæ succinctius explicabo. Veritatis enim sermo est simplex.  
Arduos uestræ gloriæ gradus, quos fama per plagarum quoq; adcolas extre-  
marum diffundit, excellenter ad crescens, Alemannorum reges, & populi formi-  
dantes per oratores, quos uidetis, summissis ceruicibus concessionem præterito-  
rum poscunt & pacem: quam ut cunctator & cautus utiliumq; monitor, si ue-  
stra uoluntas adest, tribui debere censeo multa contemplans. Primo ut Martis  
ambigua declinentur. dein ut auxiliores pro aduersarijs adsciscamus, quod  
pollicentur. Tum autem incruenti mitigemus ferociæ status perniciosos saepe  
prouincijs. Postremo id reputantes, quod non ille hostis uincitur solus, qui ca-  
dit in acie, pondere armorum oppressus & uirium: sed multo tutius etiam tuba  
tacente, sub iugo mittitur uolūtarius qui sentit expertus, nec fortitudinem in re-  
belles, nec leuitatem in supplices animos adesse dignoscit. In summa tanq; arbi-  
tros uos quid suadetis operior, ut princeps tranquillus temperanter adhibere  
modum ad lapsa felicitate. Non enim inertia, sed modestia humanitatisq; (mi-  
hi credite) hoc quod recte consultum est adsignabitur. Mox dicta finierat, mul-  
titudine omnis ad quæ Imperator uoluit promptior, laudato consilio consensit in  
pacem: ea ratione maxime percita, quod norat expeditionibus, & crebris fortu-  
nam eius in malis tantum ciuilibus uigilasse: cum autem bella mouerentur  
externa, accidisse plerunq; luctuosa. Icto post hæc fœdere gentium ritu, perfe-  
ctaq; solennitate, Imperator Mediolanum ad hyberna discessit. ubi curarum  
abiectionis ponderibus alijs, tanq; nodum & odium difficillimum Cæsarem con-  
uellere nisu ualido cogitabat. eiq; deliberanti cum proximis dandestinis conlo-  
quijs, & in nocturnis, qua uis, quibusue commentis id fieret, anteq; diffunden-  
dis rebus pertinacius incumberet confidentia, acciri mollioribus scriptis per si-  
mulationem tractatus publici nimis arguentis, eundem placauerat Gallum, ut  
auxilio destitutus, sine ullo interiret obstaculo. Huic sententiæ uersabilium adu-  
latorum refragantibus globis: inter quos erat Arbetio ad insidiandum acer, &  
flagrans, & Eusebius tunc Præpositus cubiculi, effusior ad nocendum non occur-  
rendum, occurrebat, Cæsare discedente, Vrsicinum morientem perniciosè relin-  
quendum nullus esset qui prohibet altiora meditaturum. Iisdemq; residui regij  
accessere

Veritat-  
tis ser-  
mo est  
simplex.

Impera-  
tor Me-  
diolanū  
discessit.

accessere spadones, quorum ea tempestate plus habendi cupiditas ultra mortalem modum adolebat inter ministeria uitæ secretioris, per arcanos susurros nutrimenta fictis criminibus subserentes, qui ponderibus inuidiæ grauioris uirum fortissimum opprimebant, sobolescere imperio adultos eius filios mustitantes, decore corporum fauorabiles & ætate, per multiplicem armaturæ scientiam, agilitatem membrorum, inter quotidiana pro ludia exercitos, consulto consilio cognitos, Gallum suo pte ingenio trucem per suppositos quosdam ad sæua facinora. Ideo animatum ut eo digna omnium ordinum detestatione exoso, ad magistrum equitum liberos principatus insignia transferatur. Cum hæc taliaque sollicitas eius aures euerberaret, expositas semper huiusmodi rumoribus & patètes, uario animo tumescente, consilia tandem dat, optimum factum elegit, & Ursicum primum ad se uenire summo cum honore mandauit, ea specie, ut cum rerum tunc urgentium captu disponeretur concordi consilio, quibus uirium incrementis Parthicarum gentium arma minantium impetus frangerentur. Et ne quid suspicaretur aduersi uenturus uicarius, dum redit, Prosper missus est comes: acceptisq; literis, & copia rei uehiculariæ data, Mediolanum itineribus properauit magnis. Restabat ut Cæsar post hæc properaret accitus, & abstergendæ causa suspicionis, sororem suam eius uxorem Constantius ad se tandem desyderatam uenire multis, uictisq; blanditijs hortabatur. Quæ licet ambigeret metuens sæpe cruentum, spe tamen quod eum lenire poterat ut germanum, profecta cū Bithiniam introisset, in statione, quæ Cenosis Gallicanos appellatur, absumpta est ui febrium repentina. cuius post obitum maritus contemplans cecidisse fiduciam, qua se solum existimabat, anxia cogitatione quid moliretur hærebat. Inter res enim impeditas & turbidas, ad hoc unum mentem sollicitam dirigebat, quod Constantius cuncta ad suam sententiam conferens, nec satisfactionem suscipiet aliquam, nec erratis ignoscet. sed ut erat in propinquitatis perniciem inclinatio, laqueos ei latenter obtendens, si cepisset incautum morte mulctaret. Eo necessitatis adductus, ultimamq; ui iugulasset operiens principem, locum si copia patuisset quam adfectabat. sed perfidiam proximorum ratione bifaria ferebatur, qui eum ut truculentum horrebant, & lenem quiq; altio rem Constantij fortunam in discordijs ciuilibus formidabant. Inter has curarum moles immensas, Imperatoris scripta suscipiebat adsidua, monentis orationisque ut ad se ueniret, & mente monstrantis obliqua, rem publicam non posse diuidi, nec debere, sed pro uiribus quemq; ei ferre suppetias fluctuanti: nimirum Galliarum indicans uastitatem, quibus subserebat non adeo uetus exemplum, quod Diocetiano & eius collega, ut apparitores Cæsaris, non resides, sed ultro citroq; discurrentes obtemperabant. En in Syria Augusti uehiculum irascentis per spacium mille passuum ferè pedes ingressus est. Gallerus purpuratus. Aduenit post multos Cubiculo scutariorum Tribunus, uelamento subagrestis ingenij persuasionis opifex callidus, qui eum adlabili sermone serijs admixto, solus omnium proficisci pellexit uultu adsimulato, sæpius replicando quod flagrantibus uotis eum uidere frater cuperet patruelis. quod per impru-

Cupiditas  
spadonū.

Sobolescere.

Aures expo  
sita rumori  
bus, & pa  
tentes.

Copia rei ue  
hiculariæ.

Soror Cōstā  
tij febre obi  
it.

In propin  
quitate pernici  
inclinatio.

Inter has cu  
rarum moles.

Subagrestis  
ingenij uela  
mento.

Adulabi  
lis ser  
mo.

dentiam gestum est, remissurus ut mitis & demens, participemque eum suae maiestatis adscitum, & futurum quoque socium, quos Arctoae prouinciae diu festae posebant. Vtque solent manum iniectantibus fati hebetari sensus hominum & obtundi, his illecebris ad meliorum expectationem erectus, egressusque Antiochiam Meleuo ductante, profusus ire tendebat de fumo, ut prouerbum loquitur uetus, ad flammam, & ingressus Constantinopolim tanquam in rebus prosperis & securis aeditis equestribus ludis, capiti Coracis aurigae composuit coronam ut uictoris. quo cognito, Constantius ultra mortalem modum exarsit. Ac ne quo casu idem Gallus de futuris incertus, agitare quaedam conducentia salutis suae per itinera conaretur, remoti sunt omnes de industria milites agentes in ciuitatibus peruijs. Eoque tempore Taurus quaestor ad Armeniam missus, confidenter nec appellato eo, nec iusso transiit. Venire tamen aliqui iussu Imperatoris administrationum specie diuersarum, eundem ne commouere se posset, neue tentaret aliquid occulte custodituri. Inter quos Leontius erat postea urbi praefectus, ut quaestor, ut Lucillianus quasi domesticorum Comes, & Scutariorum Tribunus nomine Bainobandes. Emensis itaque longis interuallis & planis, cum Hadrianopolim introisse urbem Hemmonta Namuscudum antehac appellatam, festusque labore diebus duodecim recreans uires comperit, Thebas legiones in uicinis oppidis hyemantes consortes suos misisse quosdam eum ut remaneret promissis fidei hortaturos & firmis, fiducia sui abunde per stationes locat confines, sed obseruante cura peruigili proximorum nullam dicendi, uel audiendi quae ferebant furari potuit facultatem. Inde alijs super alia urgentibus literis exire, & decem uehiculis publicis, ut praecipuum est usus, relicto palatio omni, praeter paucos thori ministros & mensae, quos aduexerat secum, squalore concretus celerare gradum compellebatur, adigentibus multis temeritati subinde flebiliter, imprecatusque eum iam despectum & uilem arbitrio subiderat infirmorum. Inter haec tamen per inducias naturae consequentis, sauciebantur eius sensus circumstridentium terrore laruarum. Interfectorumque cateruae Domitiano & Montio prauijs correptum eum, ut existimabat in somnis, uicis furialibus obieciabant. Solutis enim corporeis nexibus, animus semper uigens motibus indefessis, & cogitationibus subiectus & curis, quae mortaliu sollicitant mentes, colligit uisa nocturna, quas fantasias nos appellamus. Pandente itaque uiam fatorum forte tristissima, qua praestitutum erat, eum ita & imperio spoliari: itineribus eiectis permutationem iumentorum emensis, uenit Petobionem oppidum Noricorum, ubi reseratae sunt insidiarum latebrae omnes. & Barbatio repente apparuit Comes: qui sub eo domesticus praefuit cum Apodemio agente in rebus, milites ducens, quos beneficijs suis oppigneratos elegerat Imperator, certus nec praemijs, nec miseratione ulla posse deflecti. Iamque non adumbratis fallacijs res agebatur: sed qua palatium est extra muros, armatis omnes circumfedit. Ingressusque obscuro iam die, ablatis regijs indumentis, Caesarem tunica textit & paludamento communi, eum post haec nihil passurum uelut mandato principis iurandi crebritate confirmans, ut statim inquit, exurgeret inopinatum

Hebetarē sensus hominū. Ire tendebat de fumo ad flammā, prouerbum.

Scutariorū tribunus.

Sauciebantur terrore laruarum.

Gallus.

Animus semper uigens motibus indefessis.

Visa nocturna fantasias.

Vmbrata fallacia.

inopinum carpento priuato impositum, ad Histriam duxit prope oppidū Polam, ubi quondam peremptum Constantini filium accepimus Crispum. Et cū ibi seruaretur artissime terrore propinquantis exitus iam præsepultus: accurrit Eusebius cubili tunc præpositus, Pontadiusque notarius, & Mellobandes armaturarū Tribunus, iussu Imperatoris compulsi eū singillatim docere, quam ob causam quemq; apud Antiochiam necatorum iusserat trucidari. Atq; atro pallore perfusus hætenus uoluit loqui, quod plerisque incitante coniuge iugulauerit Constantina, ignorans profecto Alexandrum Magnum urgenti matri ut occideret quendam infontem, & dictitanti spe impetrandi postea quæ uellet, eum se per nouem menses numero utero portasse prægnantem, ita respondisse prudenter, Aliam parens optima posse mercedem, hominis enim salus bene scio nullo pensatur. Quo comperro, inreuocabili princeps percitus est dolore, fiduciam omnem fundandæ securitatis in eodem posuit abolendo. Et missio Sermiano, quem in crimen maiestatis uocatum præstigijs quibusdam absolutum esse monstrauimus, Pentadio quinetiam notario, & Apodemio adeunte in rebus eum capitali supplicio destinauit, & ita conligatis manibus in modum noxij cuiusdam latronis ceruice abscisa, ereptaque uultus & capitis dignitate, cadauer est relictum informe, paulo ante urbibus & prouincijs formidatum. Sed uigilauit utrobique superni numinis æquitas. Nam & Gallum obitu oppressit crudeli, & non diu postea ambo cruciabili morte absumpti sunt. Qui eum licet nocentē & blandius palpantes periurijs adusq; plagas perduxere letales, quorum scudilo distillatione iecoris pulmonis uomitās interiit. Barbatio qui in eū diu falsa composuerat crimina, cum ex magisterio peditum altius niti quorundam susurris incusaretur damnatus, extincti per fallacias Cæsaris manibus animā in ludibrioso obitu parentauit. Hæc & huiusmodi quædam innumerabilia ultrix facinorū impiorum, bonorumque præmiatrix aliquoties operatur Adraestia, atque utinam semper, quam uocabulo duplici etiam Nemesis appellamus: Ius quoddam sublime numinis efficacis humanarum mentium opinione lunari circulo superpositum, uel ut definiunt alij, substantialis tutela generali potentia partilibus præsidens fati. Quam Theologi ueteres fingentes iustitiæ filiam, ex abdita quadam æternitate tradunt omnia despectare terrena. Hæc ut Regina causarum, & arbitra rerum, hæc disceptatrix, urnam sortium temperat accidentium uices alternans, uoluntatumq; nostrarum exorsa interdū alioquā quo cōtendebant exitu terminās, multiplices actus permutando conuoluit. Eademq; necessitatis insolubili retinaculo mortalitatis uinciens fastus tumentes, in casum & incrementorum detrimentorū momenta uersabilis, ut nouit, nunc erectas mentiū ceruices opprimit & eneruat, nunc bonos ab imo suscitans ad bene uiuendum extollit. Pinnas autem ideo illi fabulosa uetustas aptauit, ut adesse uelocitate uolucris cunctis existimetur, & prætereunte gubernaculū dedit, eiq; subdidit rotā, ut uniuersitatē regere per elementa discurrens omnia nō ignoret. Hoc immaturo interitu ipse quoq; sui pertesus, excessit è uita ætatis nono atq; uigesimo. Cum quadriennio imperasset natus apud Thuscōs in arce

Polæ perem  
pt<sup>o</sup> Crispus  
Constantini  
filius.  
Cubili præ  
positus.

Constantina.

Dictū Ale  
xandri.

Gall<sup>o</sup> in mō  
dū latronis  
necatur.

Distillatio te  
coris.

Bonorū præ  
miatrix  
Adraestia.  
Nemesis.

Regina cau  
sarum Ne  
mesis.

Vinciens fā  
st<sup>o</sup> tumētes.

Pinnas ha  
bet Nemesis

Subdidit  
rotam.

Trabea. Therbenſi patre Constantio, Constantini fratre Imperatoris, matrēque Galla  
 Filo corpo- ſorore Ruffini & Cæreali, quos trabea conſulares nobilitarunt, & præfectu-  
 ris. ra prouinciarum, forma conſpicuus bona, decenſe filo corporis, membrorum/  
 q; recta compage, flauo capillo, & molli barba, licet recens emergente lanugine  
 teneras per genas. Ita tamen ut maturius autoritas emereret, tantum à tempe-  
 ratis moribus Iuliani differens fratris, quantum inter Veſpaſiani filios fuit Do-  
 mitianum & Titum. Adſumptus autem in ampliffimum fortunæ faſtigium  
 uerſabilis, motus expertus eſt, qui ludunt mortalitatem: nunc euehentes quof-  
 Verſabilis dam in ſydera, nūc ad Cocyti profunda mergentes. cuius rei cū innumera ſint  
 fortuna. exempla, pauca tactu ſummo tranſcurram. Hæc fortuna mutabilis & incon-  
 ſtans fecit Agathodem Siculum ex figulo regem, & Dionyſium gentiū quon-  
 Agathocles dam terrorem Corynthis literario ludo præfecit. Hæc Adramitenum Andri-  
 ex figulo Rex. ſcum in fullonia natum ob pseudo Philippi nomen euexit: & Perſei legiti-  
 Andriſc<sup>9</sup> in mum filium artem ferrariam ob quærendum docuit uictum. Eadem Manc-  
 fullonia natus. num populi imperio Numantinis emiſſum, ſumma atrocitate Veturium &  
 Claudium Corſis ſubſtrauit. quid feritati Carthaginis Regulum iſtius iniqui-  
 Pompei<sup>9</sup> ad tate. Pompeius poſt quaſitum ex rerum geſtarum amplitudine cognomen-  
 ſpadonū li- tum, ad ſpadonum libidinem in Aegypto trucidatur. Et Eunus quidam erga  
 bidinē truci- ſtularius ſeruus ductauit in Sicilia fugitiuos. Quam ſplendido loco multi nati,  
 datur. eadem rerum domina conuiſcente, Viriathi genua ſunt amplexi uel Spartaci:  
 quot capita, quæ horruere gentes, funeſti carnifices abſciderunt: Alter in uin-  
 cula ducitur, alter inſperate præficitur poteſtati, alius à ſummo culmine di-  
 gnitatis excutitur. Quæ omnia ſi ſcire quiſquàm uelit quàm uaria ſint, & ad-  
 lidua, harenarum numerum idem iam deſipiens, & montium pondera ſcu-  
 tari poterit.

## AMMIANI MARCELLI

NI RERVM GESTARVM LIBER

DECIMVS QVINTVS.



Textus pro  
uiriu captu.

Turbarum  
incentor.  
Præcurſori-  
us index.

VAELICUIT in acie ſcrutari, quæque uidere licuit per  
 ætatem, uel perplexe interrogando uerſatos in me-  
 dio ſcire, narrauimus ordine caſuū expoſito diuerſo  
 rum: reſidua quæ ſequuturus aperiet textus, pro uiri-  
 um captu limatius abſoluemus. Nec obtrectari iu-  
 uet res longi operis formidantes. Tunc enim laudā-  
 da eſt breuitas, cum moram rumpens intempeſtiuā  
 nihil ſubtrahit cogitationi iuſtorum. Nondū apud  
 Noricum exuto pœnituit Gallo Appodemius, quo  
 ad uixerat, igneus turbarum incentor, raptos eius calces uehens equorum per  
 mutatione ueloci, ut nimietate cogendi quofdā extingueret, præcurſorius index  
 Mediolanū